

miseri cordiam suam servet æternam famulis suis **A** diaboli a populo suo arceat; ut florescentes propitias ac mitis; ut omnes insidias atque impetus perpetua quiete custodiat.

VARIORUM NOTÆ.

Æternam. Ita lego cum erud. Boherello aliisque viris doctis, pro *et tam*, quod est in ms. Forte primo scriptum erat *et nam*, quod brevialis litteris est *æternam*.

Ut florescentes Ecclesias perpetua quiete custodiat. Sic lego hunc locum a Baluzio ipso emendatum in

indice errorum suæ editionis, aliisque po In ms. est, *ut florescentes Ecclesiæ perpetua custodiat*, mendose; vel recte, juxta He Grævium legeres, *ut florescentis Ecclesiæ quietem custodiat*.

LACTANTII FIRMIANI FRAGMENTA ^(a).

I. Timor, amor, lætitia, tristitia, libido, concupiscentia, ira, miseratio, zelus, admiratio, hi motus animi, vel affectus a Domino ab initio hominis existunt conditi, et naturæ humanæ utiliter et salubriter sunt inserti, ut per eos ordinate et rationabiliter regendo se homo, virtutes bonas viriliter agendo exercere possit, per quas a Domino perpetuam accipere vitam juste meruisset. Hi namque animi motus intra fines proprios coarctati, hoc est in bona parte positi, in præsentem virtutes bonas et in futuro æterna præmia parant; extra metas vero suas affluentes, hoc est in malam partem declinantes, vitia et iniquitates existunt et æternas pœnas pariunt. V. Muratorii Antiqu. ital. med. ævi III, p. 849.

II. Nostra quoque memoria Lactantius de metris, pentameter, inquit, et tetrameter. Maxim. Victorin. de carmine heroico, c. 5, p. 1957. Putsch. (cf. Hieron. catal. c. 80: habemus et alium librum, qui inscribitur Grammaticus).

III. Firmianus ad Probum de metris comœdiarum sic dicit: « Nam quod de metris comœdiarum requisisti, et ego scio plurimos existimare, Terentianas vel maxime fabulas metrum non habere comœdiæ græcæ, i. e. Menandri, Philemonis, Diphili, qui tri-

metris versibus constant. Nostri enim veterum diæ scriptores in modulandis fabulis sequi ne Eupolim, Cratinum, Aristophanem, ut præfat Mensuram esse in fabulis, h. e. μέτρον, Ter Plauti ac cæterorum comicorum et tragicorum hi, Cicero, Scaurus, Firmianus. Rufinus gæcus de metris comicis, p. 2712 s. Putsch.

IV. Lactantii nostri quæ in tertio ad Probum lumine de hac gente opinatus sit verba Galli, inquit, antiquitus a candore corporis nuncupabantur; et Sibylla sic eos appellat. significare voluit poeta cum ait: Tum lac Auro innectuntur (Virg. Æn. viii, 660 s.), cum dicere candida. Hinc utique Galatia provinciam quam Galli aliquando venientes, cum Græci fuerunt. Unde primum ea regio Gallogræcia Galatia nominata est. Nec mirum si hoc illis dixerit, et occidentales populos tantis terrarum spatiis prætermisissis, in orientis partem sedisse memorarit. — Hieronym. commenta ad Gal. I. II, Opp. ed. Vallars. VII, 1, p. 48. Hieron. de viris ill. c. 80: habemus ad Probum larum libros quatuor.)

^(a) Fragmentum de extremo judicio (Nullus vel negat vel dubitat... esse ventura), quod Steph. Baluzius in c. Colbert. 1095, libro VII Institutionum sub junctum invenerat et Lactantio tribuerat, Augustini est, de Civit. Dei XX, c. 30. Legitur etiam in quibusdam aliis codd. ut Kell. Augustini nomine adjecto idque vir quidam pius subjecit, ut lector ab erroribus Lactantii de regno millenario caveret.

Adduco præterea de epistolis Lactantii deperditis hæc Damasi et Hieronymi testimonia: « Fateor tibi, eos quos mihi jam pridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia et plurimæ epistolæ ejus usque ad mille spatia versuum tenduntur, et raro de nostro dogmate disputant: quo fit, ut et legenti fastidium generet longitudo, et si qua brevía sunt, scho-

lasticis magis sunt apta, quam nobis, de regionum situ et philosophis disputantia (al. c. tibus). » (Damas. ep. ad Hieron. xxxv. Opp. I Vallars. I, 1, p. 159). « Multi per imperitiam rarum, quod et Firmianus in octavo (Vallars bit altero) ad Demetrianum epistolarum libri asserunt sp. s. sæpe patrem, sæpe filium ne et cum perspicue in trinitate credamus, ter sonam auferentes, non substantiam ejus volu sed nomen. » (Hieron. in ep. ad Gal. IV, 6., ad Pammach. et Ocean. ep. LXXXIV. ed. Vall p. 528, de v. ill. c. 80: habemus... ad Demetrianum auditem suum epistolarum libros duos.)

O. F. FRITZ